

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Omissa et addenda

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

OMISSA & suis quæq;
locis addenda.

Lilius Greg. Gyrald. T. 2. de Poet.
hist. Dial. 4. p. 181.

C. Valerius Flaccus Setinus, Patavi-
nus fuit, ut ex his Martialis versibus
colligimus, [lib. 1. epig. 62.]

*Censetur Apona Livio suo tellus,
Stellâq; nec Flacco minus.*

Item illo: [lib. 1. epig. 77.]

*O mihi curarum precium non vile mearum,
FLACCÆ, Antenorei spes & alumne
laris.*

Alii *Setinum* faciunt, à *Setiâ*, Campaniæ ur-
be, eâ ducti conjecturâ, quòd in antiquis
Codicibus *Setinus*, cognominetur: quò fit,
ut ab aliquibus diversus *Setinus Flaccus* à
Patavinò putetur. Alii Romanum, & qui-
dem ex nobili & pervetustâ familiâ puta-
verunt. Sed omnes hos vanâ potius con-
jecturâ, quàm certâ aliquâ autoritate du-
ctos video. Sunt &, qui *Decemvirum Sibyl-
linum* putent eum fuisse, ducti illis ejus ver-
sibus: [lib. 1. v. 5.]

*Phœbe mone, si Cum ea mihi conscia vatiâ
Stat castâ cortina domo.*

Valerii igitur Flacci Argonauticôn opus extat, Vespasiano patri inscriptum; ut facile ex ejus carminis principio colligitur. Opus, inquam; quantum per juvenem præstari potuit, cultum, eruditum, & varium; sed in quô plus virium, quam virtutis est; ut in eô animos & audaciam quandam juvenilem facile offendas. Creditur autem opus imperfectum, atq; imprimis ex Apollonicô tralatum. Certè non parum amissum esse ex Valerii Flacci immaturâ morte, scribit Fabius. Primus autem *Orpheus* Argonautica scripsisse dicitur, non Thracius, sed *Italus Crotoniata*; deinde *Epimenides Gnosius*; post eum *Cleon*, Curicus Poëta, à quô, ut Græci observant, *Apollonius* omnia ferè transtulit; tum *Herodorus*, post Herodorum *Apollonius Rhodius*, post Apollonium *Dionysius Milesius*; tum demum Latini duo, *Atacinus Varro*, & *Valerius Faccus*.

Ibidem Dial. 1. p. 28.

Inter primores (Heroicos poëtas) quinque Græcos posuit *Isaacius Zezes*; *Homerum*, *Hesiodum*, *Panyasin*, *Antimachum* & *Pisandrum*. Cujus nos quoque exemplo Latinos quinque numerabimus: Virgi-

Virgilium Maronem, Statium, Lucanum,
Silium, & Valerium Flaccum.

Eusebius Pamphilus Chron.

lib. 2.

Num. DCC XL. *Argonaute his temporibus fuerunt. Et mox: Argonautarum navigatio.*

Num. DCC L. *Ea, qua de Sphinga & Oedipode, & Argonautis dicuntur, in quibus fuerunt Hercules, Asclepius, Castor & Pollux. Sæ ergo inter Argonautas fuerunt Castor & Pollux, quomodo potest eorum soror Helena credi, quæ post multos annos virgo rapitur à Theseo? Ubi tamen vide Scaligeri Animadversiones*
P. 44.

Johan. Funccius in Chronologiâ.

sub A. M. 2710.

Sosarmus XXXVI. Assyriorum rex regnat annos XIX. Hujus Sosarmi temporibus Argonautarum navigatio & Orpheus Thrax musicus, celebris habetur. Ex Cassiodoro.

Abraham. Bulcholcerus in

Indice Chronologico.

A. M. 2740. Ante C. 1231. *Archonautarum expeditio in Colchidem, circa hoc tempus.*

Jacobus Cappellus in Histor.

sacra & exotica.

P. 4

A. M.

A. M. 2738. A. C. 1262. *Ab Argonautis in Chalcidem expeditio suscipitur, annis LXIV. post Illi conditum, annis vero LXXIX. ante Illi excidium. Vide ibidem sequentia.*

Argonautarum meminit quoq; Sidorius Apollinaris ad Magnum Felicem Col. v. 62.

*Non lectos Minyas loquente silvâ
Dicam Phasiaco stetisse pertu,
Forma parvita cum Ducis Pelasgi
Molliret rabidos Virago Tauros,
Nec tum territa, cum suis colonus
Post angvis domui satos molares,
Armatas tremebundus inter herbas
Florere in segetem stuperet hastem,
Et pugnantibus hinc & hinc aristic
Supra belliferas madere glebas,
Culmosos viridi cruore fratres.*

Idem in Narbone v. 272.

*Sive Aëtias & suus Jason
Inducuntur ibi, ferusq; Phasis,
Qui jactos super arva Colcha dentes
Expavit fruticante cum duello
Spicis spicula mixta fluctuant.*

Item Epithalamio Ruricii, v. 1,

*Inter Cyaneas Ephyrae cacumina cautes,
Quâ super Idalium levat Orithion in aethram,
Exese*

*Exesi sale montis apex, ut fortè vagantem
Dum fugu, & fixit trepidus Symplegada Ti-
phys.*

*Atq; recurrentem ructatū ad rauca Maléam,
Exit in Isthmicum pelagus claudentibus alis
Saxorum de rupe sinus, &c.*

Matth. Martinius in Lex.

Philologico.

*Argo, ἀργὸν, navis Jasonis: ab Argo ejus fa-
bricatore: vel quòd in urbe, quæ Argos diceba-
tur, facta esset. Argonautæ heroes, qui cum Jaso-
ne in Colchos profecti sunt.*

Mamertinus panegy. ad Ju-
lian. Imp.

*O facundiâ potens Græcia! tu navem u-
nam, propter aurati velleris furtum & virginis
raptum, in cælum usq; sublatam sideribus conse-
crasti. [Hæc illustrant v. 4. lib. 1.]*

Henric. Salmuth. lib. 2. ad Gvidonis
Pancirolli Nova Reperta,
tit. 13. p. 628.

*Nec desunt, qui sub pelle Velleris au-
rei, quod Argonautæ ex Colchide advexe-
runt, intelligant Diphtheram, hoc est, li-
brum ex membranis, veterum more, conse-
ctum, & arcana artis ejus, quam Chymiam*

P s vocant,

vocant, paudentem; quô scilicet auri conficiendi scientia contineretur: Meritoq; membranam eam appellatam fuisse auream, propter emolumentum, quod ex eâ acquirebatur. Nec enim obscurum est, veteres ea dixisse *aurea*, quæ magnum suppeditarent emolumentum & redditum, sive agri bonitate, sive pecore aut lanificiô. Quocirca factum est, ut pecudes ipsæ *aureas pelles* habuisse ferantur: qualis fuit Argis Atrei, quam sibi Thyesten subduxisse queritur: ut in Colchide *Æta Rex*, ad cuius arietis pellem Jason profectus est, & focii Argonautæ, regii sanguinis & animi, qui regionem gregibus & opibus nobilem invaserunt; si Varroni credimus, lib. 2. de re rust. c. 1. quem laudat & sequitur *Stephan. Forcatulus* lib. 1. de Imp. & Philof. Gallor. A quibus etiam stare videtur *Cælius Rhodiginus*, qui ex eodem Varrone vellus aureum in ovibus, *charitatis nomine* intelligendum asserit, lib. 25. antiq. lect. c. 1. &c.

Addenda passim.

Lib. 1. v. 6. Cortina.) Sidon. Apollinar.
lib. 8. epist. 9:

Et me

Et me scribere sic subinde cogis,
 Ac si Delphica Delio tuliffem
 Instrumenta tuo? novusq; Apollo
 Cortinam, tripodas, chelym, pharetras,
 Arcus, grypas agam, &c.

v. II. Sancte Pater) Deos in Precationibus
 plerumq; Sanctos appellabant: & inde,
 quibus honores divinos habebant. Ovid. I.
 Fast. hoc nomine Augustum ornat, dum
 inquit: Sancte pater patrie. Eodem modò
 hic Val. Flaccus Vespasianum, ut numen,
 invocans, quem etiam cælo dieatum à Ti-
 to Plinius in Panegyrico scribit, Sanctum pa-
 trem appellat. Et lib. 6. quidam paternos
 manes invocans, ait, v. 288.

Sancte mihi Vorapte pater, tua pectora nato
 Suggere nunc.

Briffon. lib. I. De Form. p. 44.

v. 12. Versam proles tua pandet Idumen.)
 Minerva præcipuè à Domitiano culta; seq;
 ejus Deæ filium vocari voluit: id quod &
 poëta & historici prodiderunt. Quodq;
 poëtica Domitianus operam dederit, te-
 stis est Martialis multis in locis, & hic Va-
 lerius Flaccus, qui illum & patris & fratris
 gesta canere ait. Ita enim ad Vespasianum
 patrem: Versam proles tua, &c. Gyrald. T. 2.
 de poët. hist. Dial. 5. p. 197. ubi plura hanc
 in rem videsis.

v: 151. *Nos animæ faciles*) i. Viles atq; nullius precii homines. Barth. 2. Advers. c. 18. Virgil. XI. Æn. v. 372. *Nos animæ viles.*

v. 196. *Da veniam.*) *A Diis pacem ac veniam peti consueviffe*, multis exemplis planum facit Briffonius lib. 1. De Formulis p. 81. Ovid. 1. Amor. 2. *Veniam pacemq; rogamus.* Virgil. I. Æneid. v. 528. *Orantes veniam templum clamore petebant.* Ubi Servius: *Veniam interpretatur pacem, & proprie esse ait verbum Pontificale. Dicta autem, inquit, venia ad eliciendam misericordiam: meretur enim benevolentiam Numinum, qui, licet innocens sit, VENIAM, tanquam peccaverit, PETIT.*

Lib. 2. v. 305. *Soli non mitis Aricia regi.*) Gyrald. T. 1. hist. Deor. Syntag. 12. p. 356.

v. 500. *Ordine curva trifulcæ ora.*) Læli. Bisciola T. 2. H. S. lib. 1. c. 13. Fingunt poëtæ serpentum linguam tripertitam. Virgil. 2. Æneid. v. 475. *Linguis micat ore trifulcis.* Statius 5. Theb. v. 519. *Ter lingua vibrat, terna agmina adunci dentis.* Duabus tamen esse distinctam solum particulis serpentium linguam, docet Aristot. 4. de partibus animal. c. 11. Confer Boch. ad Psalm. 139. & supra lib. 1. v. 61.

Lib. 3. v. 437. *Procumbere.*) *Procumbere solitos adorantes*, testimonia scriptorum docent. Livius lib. 30. ubi de legatis Carthagini-

thaginensium agit: *Qui, ubi in castra & Praetorium pervenerunt, more adorantium, acceptio, credo, ritu ex eâ regione, ex quâ oriundi erant, procubuerunt.* Briffon. lib. 1. De Form. p. 38. Gestus autem ille orandi fiebat *gembus positus, & facie humi volutata*: ut ait Tertullianus lib. 3. adverst. Marcionem. Vide Boch. ad Psalm. 94.

v. 438. *Profectaz*) *Glof. Proficia, ai τῶν θυμάτων ἀπαρχαί.* Onomast. *Profecta, ἀγλῆνη.* Statius 5. Theb. v. 651. — *Adverso dederat profecta Tonanti.* Ubi Lutatius: *Profecta dicuntur exta, cum redduntur insecta.* Particula enim *minuta membrorum omnium profecta dicuntur in sacris, quæ inferuntur aris.* Ovid. 12. Metam. v. 152. *Cujus ut imposuit profecta calentibus aris.*

v. 710. *Hoc omni tibi Numine firmo.* Briffon. lib. 1. De Form. p. 63.

Lib. 6. v. 34. *Musa mone.*) V. N. lib. 1. v. 5.

v. 71. *Cornibus aureis*) *Num Cervæ cornuæ, ventilat* Lzl. Bisciola T. 1. H. S. lib. 1. c. 20. cui adde Philipp. Carolum lib. 2. var. lect. c. 16.

v. 93. *Indigenas sed rite duces & prisca suorum facta canunt.*) *Magnorum virorum laudes olim ubiq, decantari solebant, & ita quidem memoriæ posteritatis consecrari.* Virg. 9. Æneid. v. 724.

— Et